REPERTORIVM COPIOSISSIMVM

In omnia Iasonis Mayni Mediol. Iurisconsulti clarissimi Commentaria.

Serie alphabetica ita concinnè in studiosorum gratiam dispositum, vt nihil amplius desiderari possit.

Nouissimè summa diligentia, & fide recognitum, ab infinitis erroribus repurgatum, & ad suam demum integritatem restitutum.

Diolo al collegio de [illegible] Afan de Ribera [illegible] hijo de esta S.ta Casa y [illegible] año de 1637



AVGVSTÆ TAVRINORVM.

M. D. XCII.

AD LECTOREM.

HVmanissime Lector, de industria & sedulitate nostra in his Iasonis libris præstita, paucis te admonendum duximus. Bis Augustæ Taurinorum impressa fuerunt Iasonis commentaria, primò à Nicolao Beuilaqua, ea sanè, qua par erat, cum diligentia, deinde ab eius hæredibus, qui, ob mortem Nicolai rebus languentibus, paulò negligentiores extiterunt. Quapropter nos publicæ vtilitatis studiosissimi omnia in melius restitui cupientes, Bartolum omnium Iurisperitorum facilè principem, & antesignanum, & ornatum, & ab omnibus mendis purgatum, demum Iasonis cõmentaria in lucem prodire cupientes, charta pulcherrima, typis nouis, charactêre eleganti, & distincta methodo, adhibitis Doctoribus eruditissimis, qui & diligentissimè perlegerent, & corrigerent, & ab omnibus erroribus vindicarent, non sine maximis nostris sumptibus & impensis, iam tertiò excudi curauimus. Vnde fit, vt audacter tibi polliceri audeamus, (Candidissime Lector) è nullo prælo vnquam exijsse Iasonis commentaria tam distinctè, ornatè, & accuratè impressa. Hoc, postquam perlegeris, & tuipse lætus testaberis, & Corpus Iuris Pontificij nuper à nobis excusum, & etiam Bartol. lecturæ testes tibi poterunt esse locupletissimi. Deniq; eandem curam, & operam in omnibus libris ponemus, qui sub nostro prælo typis committentur, cuius insignia sunt, Taurus Castaneæ innixus, hoc elogio circundata. NEC INGRATA DIIS. Vale.

Societas Impressoria Taurinensis.

IASONIS MAYNI VITA.

IASON patria Mediolanen. familia Maynus, quæ quidem nobilissima est: patre Adrioto natus fuit Pisauri Anno Domini. 1435. Imperante tunc Philipho Maria Vicecomite Mediolani Duce, à quo dictus Andriotus à patria expulsus Pisaurum ad Galeatium Malatestam Pisauri Dominũ venit. Hic Iason patre reuerso in patriam, animum bonis artibus applicuit, in quibus assiduo studio mirandum in modum profecit, gradatimque à grammatica auspicatus, Dialecticã, Rhetoricam, postremò Ciuilem scientiam sic exactè Papiæ didicit sub Hieronymo de Tortis, quem recolendæ memoriæ communem præceptorem appellat in cons. 118. incip. Omitto duo prima dubia, in 3. col. in 1. vol. Et Bononiæ sub Alexandro de Tartagnis de Imola, quem præceptorem suum nominat in l. fin. in 3. col. C. de iure emphy. & in l. quoniam nouella. C. de inof. testam. & in l. 1. ff. de offi. procur. Cæsa. & in Auth. ex testamento. C. de coll. & in insti. de action. in princ. in 12. col. vt clarissimus orator, & philosophus, & Iurisconsul. euaserit. Nec didicisse sibi contentus, ne sibi soli natus videretur, ea, quæ didicerat, profiteri instituit, vt virtutem suam propagaret in ciuilis sapientiæ professione, in Papiensi Gymnasio legere incepit institutiones, & fecit additiones ad lecturas Christoph. Porcij, sub quo ipsas audiuit dom. Philip. Decius, vt in ipsius vita impressa constat. Posteà ibidem legit super ordinarijs iuris ciuilis de mane. Deinde de Anno. 1486. ab Illustriss. Dominio Venetorum vocatus Patauij legendo, disputando, & scribendo, concurrente Ioanne Campegio, famam suam vsq; ad vltimos Europæ fines expandit, ita quòd non ex Italia solùm ad illum audiendum passim confluerent, verùm & Galli omnes, Germani, & Hispani illius eloquentiam, & iurisprudentiam studiosè sequebantur. Ibique super secundo. ff. Vet. subtiliter, & copiosè scripsit. & Anno seq. 1487. primam partem. C. perutiliter commentatus est. & Anno seq. legit partem primam. ff. Vet. Denique à dominis Florentinis maiori stipendio vocatus Anno 1489. Pisis summa cum laude legit, concurrente Barth. Socino, & vtilia commentaria super 6. lib. C. edidit. Rediens autem ipse Ias. in patriam iussu Illustri. domini Ludo. Sfor. maximo in honore apud Ducem Mediolani, & Docto. Papienses habitus fuit, & ibi legit super ordinarijs de sero. Hic in assumptione Alex. 6. Pontifi. orator missus pro Illustriss. Sfortiæ domo Principibus simul cum Illustri dom. Hermete Sfortia Marchione, & fratre Ducis Mediolani, & dom. Ioann. Francis. Seuerinate Caiacæ Comite, & Comite Francis. Sfor. Ducali consanguineo, & do. Nic. Corrigiensi, adeo luculentam, & plenam habuit orationem Romæ Idibus Decemb. Ann. Saluatoris. 1492. vt inter tunc temporis oratores primas partes proculubio obtinuerit. Hic in agendis hymeneis pro Illustriss. Nepte, & sorore prædictorum Principũ ad Maximilianum Cæsarem delegatus multis muneribus, & priuilegijs ab ipso Cæsare, & Principibus curiæ decoratus, Mediolanum reuersus est, vbi cùm Lud. Sfor. Dux declaratus esset, vnus electus est, qui pro Senatu, & vniuersa ciuitate orationem haberet, teste Bernar. Corio. in vlt. parte suæ historiæ Mediolan. Hic vir aspectu præseferebat magnam maiestatem, quæ insigni pulchritudine vestium augebatur: namque semper sericas vestes gestabat, & sæpè aureas, ita vt medius inter alios tanquam sydus emicaret. Fuit vir consultissimus, legum moderator, Illustris interpres, quodam prouidentiæ dono mortalibus datus secundum Ioannem Mariam Cataneum in episto. Caij Plinij in princip. Et Ducalis Senator, & in vtroque iure doctissi. & tam in diuinis scripturis, quàm in cęteris disciplinis secularibus eruditissimus, Philosophus clarus, & orator celeberrimus, ingenio subtilis, eloquio disertus, consilio, & actione præcipuus, secundum Ioann. Abb. Spanensem in lib. de scrip. ecclesiasticis. Et dicit Pau. Orianus in l. 1. in 1 . col. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. quòd in cętu Illustrium virorum accommodari potest ille ll. Monarcha, & communis præceptor do. Ias. Maynus, qui olim fuit consiliarius Ducis Medio. & legit in studijs per multos annos. Et do. Ioann. Franc. de Ripa in Rubr. extra de don. in oratione appellat ipsum præceptorem suum, & iuris semideum. Et do. Rochus de Curte in tract. de iure patro. in verbo competens alicui, in 4. col. dicit ipsum famosis. Doct. & in Rub. extra de consuetudine in antepen. col. & in c. fin. eod. num. & in fol. 20. in 4. col. appellat ipsum inter Mod. Excellen. & communẽ præceptorem. Et do. Phil. Decis. in cons. 234. inc. viso puncto. in 3. col. dicit ipsum clarissimum inter Mod. scriptores esse. alleg. Fely. in cap. porrò. in 6. col. extra, vt lite non contest. & in c. Rodul. in 22. col. de rescrip. Et Claudius Seisellus in l. venia. in 10. colu. C. de in ius voc. dicit ipsum esse suum præceptorem, & in suo speculo feudorum in 10. col dicit ipsum consummatiss. & ætatis suę subtilissimum interpretem, & doctrina patrem, & præceptorem suum colendissimum, & Collegium Docto. Bonon. in cons. 50. inter cons. do. Franc. de Curt. inc. Præsens consultatio, in 5. col. appellat ipsum Clariss. Iurisconsul. & multa scribit de ipso do. Fran. Pirenius lib. 3. Germaniæ exegegios, in c. 74. Composuit super tit. de act. in inst. pulchra cõmentaria, & licèt aliqui attribuant esse domini Alex. de Imo. tamen in rei veritate sunt Ias. & etiam ille stylus est diuersus à stylo do. Alex. in lect. Composuit etiam pulchrum tract. de iure emphy. Compnsuit etiam super 1. & 2. ff. Vet. & 1. & 2. Infor. & 1. & 2. ff. Noui. & 1. & 2. C. quatuor volum. consiliorum, & alia plura, quæ non sunt impressa. Fuit magnus apud Princip. Sfortiæ gentis, & cum legisset in Papiensi, Patauino, & Pisano studijs per Ann. 50. & vltra, mortuus est Papiæ anno ætatis suæ. 84. 11. Calen. Aprilis, in die Iouis Sancti, Anno Domini. 1519. & sepultus in Ecclesia S. Iacobi extra męnia, vbi sunt infrascrip. verba videlicet. Iason Maynus Mediolanensis I. Cons. Comes, & Eques, quisquis ille fuerit, hic requiescit. Ostenditur etiam eius sepulchrum cum his carminibus.

DARDANI PARMENSIS.

Quis iacet hoc hospes tumulo? Quis? Summus Iason.
Illè ne Frixeæ vellere diues ouis?
Clarior hic illo longè est. Quis nam oro? Maynus,
Excellens iuris gloria Cæsarei.
Non fuit hoc quisquam iuris consultior alter,
Qui extinctum posset reddere ius melius.
Sed tamen hoc summi vetuit mens pia parentis,
Cæsaribus cupiens vsque fauere suis.

Te audijt, ò nimium felix, qui iura legentem,
Damnantemque acri plurima iudicio.
Ne tamen infelix tua qui monimenta reuoluit,
Et memori condit lecta, fouetque sinu.
Et quanquam obloqueris plebs inuida, solus Iason
Hic legum nodos difficiles soluit.
Amborum sic fama omnem vulgata per orbem:
Ille nitens belli laude, sed iste togæ.

REPERTORIVM IN IASONIS MAYNI MEDIOL. IVRISCONS. PRAESTANTISSIMI

Omnia perpolita Commentaria.

Nouissimè præter exactissimam, fidelissimamque castigationem, ordine alphabetico ad insigniores decisiones inueniendas, ita in studiosorum gratiam locupletatum, & Illustratum, vt vnusquisque, etsi non satis eruditus, singulas quas velit materias facilè, ac breuiter inuenire possit.

¶Accu-

actio

actus

admini-

adultus

alienari

Aliena-

De litera B.

Barones

De

De litera C.

Reliqua

¶Caſtrum

causæ

¶Certi

clausula

¶Cohæres.

conductor

Con-

Contra-

Debitor

Dispositio

¶D ucatus.

De litera E.

Electio

¶Exbannitus.

exhæredatus

De litera F.

In

deccdat

Filius

Forum

De litera G.

De litera H.

hęres

Hęre-

¶Impu-

Instru-

inter

Iurans

Iuri

De litera K.

De litera L.

legata

Legato

Legans

legatum

De interitu, & periculo rei legatæ.

De re legata, quæ efficitur legatarij ex alia causa.

De grauamine adiecto in legato.

Legatarius

Legati

Legato

De legatarijs.

talis

Libertus

Locuple-

raſſe

Maritus

Maritus

Miles

De litera N.

nullatenus,

Nuntia-

¶Opus

Per

Pate.

rerum.

Preiudicari

¶Pretor

Quia

¶Pro-

De litera Q.

Que-

De litera R.

Rescripta

De litera S.

Sententia

sententi.

Seruus

¶Singulis,

Statuto

De statutis disponentib. de ciuib.& forensib.

Statutum

Stipulatio

ſubſti.

De ſubſtitutione vulg.

De ſubſtitutione pupillari.

pupil.

De substitutione breuiloqua, vel reciproca.

De substitutione compendiosa.

Compen-

De litera T.

Test.

Testator

Trebell.

qui

De litera V.

Varia

Vene-

Verba

Voluntas

Indicis singularium materiarum Domini Iasonis Mayni. V.Iur.Doct.Claris. Finis.

Regiſtrum,

A B C D E F G H I k L M N O P Q R S T V X Y.

Omnes ſunt quaterniones,

Præter Y quæ eſt Ternio,

AVGVSTÆ TAVRINORVM.

M. D. XCIII.

Jas. Mayn
Repertori
.9.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm